LX[a]. Deinde vestigia secutus magni predicatoris Ansgarii[b], mare Balticum remigans[c] non sine labore pervenit[c] ad Bircam. Quo[d] iam post obitum sancti Ansgarii annis LXX[a 2] nemo doctorum[e] ausus est[f] pertingere preter solum, ut legimus[3], Rimbertum; ita[g] persecutio nostros retinuit[h]. Birca[i] est oppidum Gothorum in medio Suevoniae[k] positum[4], non longe ab eo templo, quod celeberrimum Sueones habent in cultu deorum, Ubsola[l] dicto. In quo loco sinus quidam eius freti, quod Balticum vel Barbarum dicitur, ad[m] boream vergens portum facit barbaris gentibus, quae hoc mare diffusi[n] habitant, optabilem, sed valde periculosum incautis et ignaris eiusmodi locorum. Bircani enim piratarum excursionibus, quorum ibi est[o] magna copia[5], sepius impugnati, cum vi[6] et armis nequeunt resistere, callida hostes aggrediuntur arte decipere. Qui sinum maris impacati per centum et amplius stadia latentium molibus saxorum obstruentes[p. 7] periculosum aeque suis ac predonibus iter meandi fecerunt. Ad quam stationem[8], quia[q] tutissima est in[r] maritimis Suevoniae[k] regionibus, solent omnes[s] Danorum[t] vel Nortmannorum[u] itemque[v] Sclavorum ac[w] Semborum[t] naves aliique Scithiae[x. 9] populi pro diversis commerciorum[y] necessitatibus sollempniter convenire.

a) Cap. L. *B* 2. *(C 2)*. b) ita *B* 2. c) multitud. cred. Haroldo sanctus Dei commendavit *C*. d) Haraldo *B* 1[a]. 2. e) gentibus *B* 1. f) *A* 1; illic *B. C* 1; illic invenit *C* 2. 3. g) captiuos *B* 2.

60: a) *kein neues Kap. in BC*. b) Anscarii *B* 1[b]. c) nauigans gravi labore venit *C*. d) quo *B* 1. e) doctor *BC*. f) est *fehlt B* 2. g) Ita *BC*. h) obtinuit *C* 1. 2; obtriuit *C* 3. i) bircha *B* 1[a]. k) Sueonie *BC*. l) Upsala *B* 2. m) in *BC*. n) diffuse *B* 2. o) magna est copia *B* 1; magna cop. est *C*. p) obruentes *B* 2. q) quae *C* 2. r) in *fehlt B* 2. s) omnes *fehlt C*. t) Danorum, Nordmannorum Sclavorum atque Semborum *C*. u) Nordmann. *stets BC*. v) item *B* 1. w) atque *BC*. x) Scythiae *B* 2. *C*. y) commertiorum *A* 1.

1) *Actus apost.* 8, 4: evangelizantes verbum Dei; *vgl.* 15, 35. *(K)*. 2) *Vgl. oben S.* 48, *N.* 2. 3) *V. Rimberti Kap.* 20. 4) *Vgl. IV,* 20. *Schol.* 126. 127. *(L)*. 5) *Sallust Catil.* 28, 4: quorum in ea regione magna copia erat. *(K)*. *Unten IV,* 32 (31). 6) *Vgl. S.* 48, *N.* 7. 7) *Kohlmann S.* 73 *bemerkt wohl mit Recht, daß eher an natürliche Schärenbildung als an künstliche Verkehrshindernisse zu denken ist. Gleichfalls führt er an Lucan Pharsal. II,* 661*f.*: molibus undas Obstruit. 8) *Vergil Georg. IV,* 421: statio tutissima. *(K)*. 9) *D. i. Schweden, vgl. unten S.* 60, *Z.* 8.